



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Oratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Gregorius doceat, quia si quis in minori bono constitutus, majus aliquod bonum facere proponat, jam sibi minus illud bonum illicitum fecit, & si non solvat, quod propoiuit (quamvis in oculis hominum in minori stare videatur) jam tamen in oculis omnia tenentis Dei, a majori bono cecidit. qui non solum opus, verum etiam cogitationum, & intentionum cordis Judex venturus est. Certè iste servus Dei, de quo loquimur, nullum votum fecisse fecit, sed tamen quod simpliciter proposuerat, per negligentiam distulisse, ei tamen subtilissimus ille scrutator cordium hoc ita pensavit, ut eum de libro vitæ deleri præcepisset, nisi bonum, quod mente conceperat, quanto ceteris effectui mandare curasset. Hactenus ex Chronicis.

*Ioan. Junier
Dominic. in
scala cæli,
Intellige de
libro vitæ se-
cundum quid,
non simpliciter,
a quo nemo ita
conscriptus de-
letur 1. p. q. 24.
art. 2.*

Huic non dissimile illud narratur. Clericus quidam immundissimæ vitæ, cui in visione senex apparuit, tenens in manu librum vitæ, in quo erant scripta nomina salvandorum: & quia iste contritus Religionem intraverat, dum in libro legeret nomen suum, ita frequenter rasum invenit, quod vix idem poterat sustinere membrana. Cujus rei rationem ab Angelo sciscitatus, audivit: Proposisti pluries correctionem, & tunc erat scriptum, & resiliendo deletum, & nisi modò Religionem intrasses, damnatus fuisses.

*De reverentiâ in oratione, ejus-
que Domo.*

PUNCTUM XVIII

2. Paral. 6.

Fecerat Salomon basim æneam, stetitque super eam, & deinceps flexis genibus contra universam multitudinem Israël, & palms calum levatis, ait: Domine DEVS Israël &c. Inter haec. Basim æneâ soliditas est humilitatis. In hoc firmissimo fundamento fundatur oratio, quæ cælus penetrat. Humilium, & mansuetorum tibi semper placuit de peccato: *Respexit in oratio-*

A nem humilium, aut, in orationem vacui, nimirum sui ipsius. Ut vacuus Publicanus à longè stans, nec oculos quidem audens levare, suumque humiliter pectus percutiens: ut humilis! Sed Pharisæus ut se ipso plenus, apud se orans! Apud se certè orabat, qui se ipso plenus erat. Hic non stabat super basim æneam: nullâ humilitate, aut reverentiâ ante Deum erat, qui arroganter se jactabat.

B Ssetit Salomon super basim æneam, & palms in calum levatis. Ubi notanda est hæc manuum elevatio in hac materiâ satis frequens: *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Extollite manus vestras in sancta. Vole: viros orare in omni loco, levantes puras manus.* Sic Moyses oravit elevatis manibus: levare etenim manus, habitus est orantis cum reverentiâ, quasi hac manuum extensione nos Dei servos, sibi velit. **C** ac mancipia fateamur, & in Dei manus nos ipsos dedamus. Paratus est, inquit Tertullian. ad omne supplicium ipse habitus orantis: quasi dicat orantis, præstid sum: nec te, aut plede, si vis, aut certè misere.

Contestabantur præterea Sancti Dei divinam reverentiam, dum Deum orabant tam curvo corpore, & inter genua faciem ponerent. Sic oraturus Elias posuit faciem suam inter genua sua, & pronus adorabat Dominum. Quid hæc glomeratione, nisi reverentiam signabant, quæ veluti servi, ut olim flagellis locisque ca deadi ante divinam præsentiam se ponebant? quasi dicerent: Nec te, aut plede, si vis, ad omne supplicium parati sumus. Aut potius ceu pueri in ventre matris glomerati, ut vult Aristot. & Hippocrates, præsignabant propriam vilitatem, ac miseriam. *Adolescens sum ego, & contemptus, &c.*

Quam reverenter orabat Sanctissimus hic Rex! *Adhasit pavimento anima mea. Græc. Adhasit pulveri anima mea.* Sic olim Abraham pronus in terra: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis, & cinis.* Mira orantium reverentia. Nostis unde? Ex conceptu Dei summæ majestatis, cui cultus latræ, Græc. adoratio summæ reverentiæ, ac timoris debetur. *Gen.*

D. B.
Mal.
18.
Isa. 6.
Apo.
Lib.
Ecc.
Hyt.
Ber.
mo.
Psa.
D.
Arist. 7. de
nat. animal.
c. 8. Hippoc.
de nat. pueri.

D. Basil. Genuflectere, ex *D. Basil.* est ante divi-
nam majestatem sese enodare, & quasi in
Mald. in Luc. frustra facere. Stare, ut plurimum irreve-
18. rentiam, ac arrogantiam sapit: sic Mald.
Isa. 6. in illud *Lucæ 8. Pharisæus stans, hac apud se*
orabat.

Hinc altiora Seraphim suas operiunt
facies, & contremiscunt.

Apoc. 4. Hinc vigintiquatuor Seniores cadunt
in facies suas, & coronas humiliter depo-
nunt ad pedes sedentis in throno.

Lib. 2. c. 15. Quid de his, qui non ob aliquam ne-
cessitatem, sed ad suam solummodò vo-
luptatem, ac tepiditatem cubantes psal-
lunt? In Vitis Fratrum Eremitarum fer-
tur, quòd cum duo Fratres quadam no-
cte sedendo in lectis suis dicerent pariter
Martinus, adfuit Diabolus cum fœtore
intolerabili, dicendo: Ad tale orationem,
tale adhibetur incensum.

O quam irreverenter! ô quam indignè
assistunt aliqui, ante hunc Deum, ante
quem tremunt Seraphim! Verè, verè.

*Tremunt videntes Angeli,
Versâ vice mortalium.*

*Eccles. in
Hym.*

*Bern de 4.
mod. orat.
Psal. 41.*

Bern. Quid aliud cogitare debet Fra-
ter intrans ad orationem, quàm propheticum
illud: *Ingrediver in locum tabernaculi*
admirabilis, usque ad domum Dei? Omnino
si quidem oportet, nos orationis tempore
Curiam intrare cœlestem, illam utique
Curiam, in qua Rex Regum stellato sedet
folio, circumdante innumerabili, & in-
fabili beatorum Spirituum exercitu: unde
& ipse qui viderat, quia majorem nu-
merum non invenit: *Millia, ait, millium*
ministrabant ei, & deciescentena millia assi-
stebant ei. Quanta ergo cum reverentia,
quanto timore, quanta illuc humilitate
accedere debet à palude sua procedens,
& repens ranuncula vilis? Quàm treme-
bundus, quàm supplex, quàm denique
humilis, & sollicitus, & toto intentus
animo majestati gloriae in præsentia An-
gelorum, in concilio justorum, & con-
gregatione, assistere poterit miser homo-
nuncio?

*I. Cor. II.
Gloss.*

Omnis vir orans velato capite, deturpat
caput suum: omnis autem mulier orans non
velato capite, deturpat caput suum. Totum
ex reverentia, inquit Glossa. Vir orans
Speranza Scriptura selecta.

derecto capite, testatur debitam Deo
reverentiam: mulier tecto capite propter
Angelos, ob modestiam, item reveren-
tiam testatur.

Sed, ô dolorem? Quanta nunc irreve-
rentia? Chryf. deplorans irreverentiam,
qua communiter ferè audimus Sacrum:
Centum, & sexaginta octo horas, inquit,
habente hebdomada, unam, & solam ho-
ram sibi segregavit Deus. Unam, & so-
lam (præsupponit Missam esse horariam,
unius horæ) ô frigus Christianæ devo-
tionis! ô Sacerdotum teporem, qui
huic frigori deservit! Hodie Missa non
auditur, si medietatem horæ excedit.
Missâ pulchrior est, quæ brevior est.
Nunc, Chryfost. me, dicamus: Centum,
& sexaginta octo horas habente hebdo-
mada, dimidiam horam sibi segregavit
Deus, & hanc, subdit Chryf. in opera ser-
vilia, & ridicula infumis! Stat, stat Sacer-
dos Dei orationem offerens cunctorum:
tu autem rides! nihil times, non contrem-
iscis? non colligis te ipsum? &c. Ubi
Angeli sunt, ubi Angeli contremiscunt,
tu rides!

*D. Chryf. hom.
de Euchar. c. 3.*

*Idem hom. 15.
ad Hebr.*

Divertunt Angeli in domum Abrahæ: *Gen. 18.*
Abraham excipit eos, prandiumque pa-
rat. Cucurrit mox ad Saram: *Accelera, tria*
sata simila commisce, & fac subcineritios pa-
nes. Sara igitur suis manibus convivium
instruit, prandent. A prandio ajunt ad
Abraham: *Vbi est Sara uxor tua? Quid?*
Nondum venerat Sara ad visendos An-
gelos? Non. Arguitur mali moris? Ne-
quaquam: quin, ut hic ait Lyra commea-
datur modestiæ, quòd et si junior non es-
set, sed jam vetus, non prima cucurrit ob-
viam, sed domi erat, non se exhibens, sed
ministrans: *Ecce in tabernaculo est;* quasi
diceret: *Mulier est, & ut mulier domi est.*
Venit igitur, sed qualiter? Notate. Non se
primò Angelis exhibuit, aut è regione, &
in conspectum posuit, sed post ostium ta-
bernaculi stetit. Et quia Angeli de susci-
piendis filiis sunt locuti, paululum hoc
audito Sara subrisit. Tunc Angeli acriori
vultu dixerunt: *Quare risit Sara? Quare risit*
Sara? quasi dicerent coram nobis ridet? *Sara cur de*
Mirum! erat Sara post ostium, in domo risu conarguta.
propria, quinimodò intra se, ut est apud
I Hébr.

Hebr.
Chald.

D. August.

Genes. 28.

Jacob dormisse
in loco sacra-
to doluit.

Hug. Card.
ibid.

Chald.

Templum quan-
ta reverentia
debita.

Mart. del Rio.
Corn. à Lap. ibi
Fern. in Vis-
sione. 2. in
6. 28.

Hebr. & Chald. paululum subrisit, & tamen velati diffidentis cujusdam immo-destitæ arguitur, quod nimirum Angelis in humana forma, quam vis ex D. August. sententia non cognitis, omnimodam reverentiam, ac fidem non exhibuisset, Quid Angeli facient, dum te in domo Dei cachinnantem conspicient? dum te in evorentem cernent? &c.

Pergit Jacob Mesopotamiam versus. In itinere labore defessus obdormit, expergiscitur, excusat, dolerque, quod dormierit: *Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam.* Quid hoc? Ajunt ibidem à longè prævidisse construendum templum, & quæsi doluerit, quod ibi dormierit, etsi tam sanctè dormierit, se excusat. *Et ego nesciebam.* Si in loco adhuc non consecrato, quod sibi somnus irrepserit, se excusat, quid erit in Ecclesia dormire? Si locum post tot annos consecrandum, reverentia repletus, exclamans, terribilè appellat: *Quàm terribilis est locus iste!* hoc est,

quàm sacer, quia sacerandus, quàm venerabilis, quàm sancto honore, & horrore dignus (& hoc, inquit Hugo Card. quia ibi futurum erat tabernaculum) quantò terribilior, venerabilior, hõore, horrore dignior erit Ecclesia, in qua verum est tabernaculum, cujus illud figura erat? O quam huic magis quadrat, quod ibidem habet Chaldaus: *Quàm terribilis est locus iste! Non est locus communis, sed locus, in quo beneplacitum est coram Deo, & è regione loci hujus est porta cæli.* Verè, verè Ecclesia non est locus communis, non est platea, non est emporium, non locus, seu porticus negotiationis, ut tu arbitraris, sed locus, in quo beneplacitum est coram Deo, & è regione loci hujus est porta cæli: q. d. Si digrè intras, & exis ab Ecclesia, manent ibi porta cæli: è regione loci hujus est porta cæli. O reverentiam! quid fictivæ sunt porta cæli, & Ecclesiar, ut è portâ cæli pateat, quidquid agitur, quocquid dicitur, & cogitatur in Ecclesia, &c.

Terribilis ergo est locus iste, in quo quotidie Angeli sunt, non imaginariè, sed verè, & realiter ascendentes cum nostris

A orationibus, & descendentes cum gratiis: & Deus non est in summitate scalar, sed in imo, in Sacramento. &c.

In Tabernaculo, quod, jubente Domino, fecit Moyses, non erat nisi Arca, & in ea manna, virga, & legis tabula: figuræ hujus verè: quod hic aservatur; & tamen non nisi sacerdotibus, iisque post hebdomadæ jejunium, pedum, manuumque abluionem ad idem ingredi fas erat. Quæ reverentia! &c.

Et si in omni loco damnationis ejus, hoc est, ræcti ubiq; debeam⁹ benedicere, & adorare Deum, in templo tamen id potiori jure debemus. Duobus præsertim in locis Deus vult adorari, in Cælo Ecclesiâ triumphante, & in Templo Ecclesiâ militante. In his etenim modo præcipuo adest, ut inquit David: *Dominus in templo sancto suo, Dominus in celo sedes ejus.* In cælo Deum adorant Angeli, in templo homines &c.

Dum staret Arca Domini in templo Philistinorum, cecidit idolum Dagon in terram, contractumque est. Mirum quàm fuerint illorum erga Dagon superstitionis reverentiæ! Sacerdotes idoli ponere pedes non audebant, ubi collapsa membra fuissent. *Propter quod, inquit sacer Textus, non calcant locum illum usque in hodiernum diem.* Nunc quæ reverentia debetur Ecclesiis, locisque lacris, in quibus non sunt manus, & brachia idolorum, sed reliquæ corporaque Sanctorum: *Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus.* Pedes ejus dicuntur Sancti, qui ambulaverunt in viis ejus, &c.

Erat Josuè in agro, qui elevans oculos vidit Angelum, dicentem: *Ego sum Princeps exercitus Domini.* quo audito cecidit Josuè pronus in terram, & adorans ait: *Quid Dominus meus loquitur ad servum suum? Solve, inquit, calcamentum tuum de pedibus tuis, &c. enim, in quo stas, terra sancta est.* Angelus ut erat, nõ Deus. Sic juxta Sept. Qui hoc idem dixit ad Moysen, Angelus erat. Adhæc locus consecratus non erat, & tamen vel solâ Angeli præsentia dicebatur sanctus, & in eo talis erat exhibenda reverentia, ut vir tam sanctus, qualis Josuè; qualis Moyses, ibidem esse non posset, nisi discal-

Exod. 26.
Heb. 8.

Psal. 102.

Psal. 101.

1. Reg. 5.

Psal. 137.

Josuè 5.

Sept.

discalceatus. Eleva nunc oculos fidei in illud Sanctissimum Sacramentum, circa quod non Angelum, sed Angelorum choro, Creatorumque ipsum, & Angelorum, & hominum in tuebris, certe calecamenta carnalium affectuum sponte projecies, ac ob reverentiam contremisces.

Qui fieri potest, ut tam audacter propius, quam par est, calceatus ad rubum accedas? Non veteris, ne te flamma illa in poenam comburat?

Si filij Aaron ed, quod ignem alienum in thuribus adhibuerunt, flammis ulticibus correpti sunt, quod scilicet irreverenter coram Deo se gesserint: Quid de te fiet, si ante Deum impertinentibus cogitationibus, ac passionibus, vel ira accensis, vel libidinibus igne flagrantibus accesseris? Levantes perus manus (ad thurificandum) sine ira, &c. hic est ignis alienus à cultu Dei, &c.

Raptus quondam Joannes vidit Dei majestatem sedentem in throno; & ante eum viginti quatuor seniores, è capitibus levantes coronas, mittentesque eas in signum reverentiae ante pedes sedentis in throno. Ut seniores hi venerabundi procidebant! ut profundè sese demittebant! In throno, sanctissimum illud Sacramentum, ante quod seniores, Regesque caeli ablatis coronis, genibusque flexis curvantur: & homines verecundantur ambo genua flectere, quasi nobilitatem sit sperere Deum ac ignobiliù revereri!

Idem Joannes, ceterique Evangelistae referunt de Regibus illis, quod procidentes adoraverunt Dominum, amboque nimirum genibus. Hæc est vera nobilitas, & humilitas honorata, amboque genibus, quinimò toto corpore in terram projecto cum Abraham ante illam infinitam Majestatem pulverem ac cinerem se fateri, summa ingenuitas ista est, in qua servitus Christi comprobatur, quod si mille genua haberet, omnia summa cū reverentia flecteret. Cum compleisset Salomon orans Dominum, surrexit de conspectu altaris Domini, utrunque enim genu in terram fixerat. Vilius, ignobiliù, im proborùque est unū solum genu curvare: Et genu flexu ante eum illudebant ei. Reverentia non

A adorare, sed illudere videntur, qui tam irreverenter se habent.

Volebat Apostolus, mulieres in Ecclesia propter Angelos velare caput. Item volebat, in ea mulieres non loqui, sed tacere, idque ob decentissimos respectus. Mulieres in Ecclesiis taceant, turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Nunc tua, ô Apostole, præcepta non servantur, sed à perstreptentibus mulierculis parvi fiunt.

Sed ubi magnus ille Patriarcha Alexandrinus, Joannes, cognomento Eleemosynarius, qui loqui in Ecclesia nemine perimittebat, sed in conspectu omnium foras mittebat eum, qui loquebatur, diceas: Si quidem ut orares venisti huc, in hoc mentem tuam, & os tuum vacare exopto, si verò propter locutionem scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur. Noli ergo eam faceres peluncam latronum. Ubi, ubi est?

B. Nilus: Ecclesia ut cælum adi, & nihil in ea, aut loquere, aut age, quod terra sapiat.

Tertio Reg. magno mysterio notatum est, in templo amplissimo ac mole perampla, qualis fuit templum Salomonis, nec ictum mallei in construendo fuisse auditum. Omittamus ceteros sensus. Adhiteram Deus non vult in Ecclesia nec minimum strepitum: aeminem vult strepere: vult silere omnes: imperat silentium.

Tacete, quia dies sanctus est.

Te decet hymnus, Deus, in Sion. Alij: Te decet silentium in Sion. D. Hier. Tibi silentium laus. Quasi tam ei placeat silentium in Ecclesia, ut pro laude ducat silentium: quod si in Ecclesia aliter Deum laudare nescis, observa silentium, & eum laudabis.

O quantà cum reverentia David vel in templo imaginario, quod sibi ipsi ante templi fabricam construxerat! In terra deserta, inquit, & in via, & iniquosa, sic in sancto apparui tibi. Ubique compositus: ubique cum reverentia. Et unde hanc desumebat reverentiam? Unde se ipsum componebat, ac formabat? Ex ea reverentia, quam templo convenire imaginabatur. Ut aliquid vel plateas, vel ipsas apertas, ac liberas regiones templum faciunt? ut è contra aliqui templum plateam faciunt!

E

Exod. 3.

Levit. 10.

Apoc. 4.

Genu utrunque ad orationem flectendum.

3. Reg. 8.

Matth. 27.

1. Cor. 11. Ibid. 14.

In Vitis Patrù, p. 1. §. 43. Vita Io. Eleem.

D. Nilus.

3. Reg. 6.

Jerem. 8.

Pf. 46.

Hebr.

D. Hieron.

Psal. 62.

Ezech. 8.
Alij.

In Ezechiele quidam templum stabulum fecerant. Alij terga altari obvertunt. Alij thurificabant idolis. Alij plangebant Adonidem. *Nonne videtis ait Dominus, quid isti faciunt, ut recedam à Sanctuario meo? O irreverentiam execrandam, quæ è domo propria Deum expellit! Et quid in templo faciunt? Id omne quod alibi, si foris exercentur amores in Ecclesia item exercentur. Foris detrahuntur famæ: in Ecclesia similiter. Foris rumores sunt: etiam in Ecclesia. In ostio erat idolum zeli. Sept. declarant, statua possidentis; ut quicumque intraret, in hanc primitus statuam divitiarum oculos conjiceret, ne aliud præterea cogitaret, dum in Ecclesia esset, ut que per similes cogitationes quamprimum ab Ecclesiâ eum abducerent. Heu Domine! In eum idolis in templo vestro, orationum loco! In oculis vestris faciem avertere à vestra facie, & ad creaturas convertere! plangere hic Adonidis mortem! hic ubi peccata sunt deploranda, admittere, quæ loco omni infamia notato nullatenus conveniunt!*

Jerem. 7.

Præcipit Deus Prophetæ: *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum, & dic: Audite verbum Domini, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum. (Specietenus) Nunquid spelunca latronum facta est domus ista? Et postea ad absconos illos obtutus, ac indignissimas templo cogitationes convertit? Ego, ego sum inquit, ego vidi. Quodlibet verbum, verbum non est, sagitta est. Ego, ego sum, ego vidi. Heu! heu! non contremisisti?*

D. Hier.

Infelicissime mortalium (plorans quondam Hieronimus in ep. increpatoria ad quendam Diaconum) tu speluncam illam in qua Dei Filius natus est, & veritas de terra orta est, & terra dedit fructum suum, de stupro conditurus ingrederis? Non times, ne de præsepe infans vagia? Ne perperâ Virgo te videat? Ne Mater Domini contempletur? Angeli clamant, pastores currunt, stella desuper rutilat: Magi adorant, Herodes terretur Hierosolyma conturbatur, & in cubiculum Virginis decepturus Virginem irrepis? Paveo, miser, & tam mente, quam corpore per

A horresco, ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuum.

Heu! heu! *Quanta malignatus est inimicus in Sancta! Quantanam, quæ forte, ô Prophetæ? Hebr. Omne malum egit inimicus in Sancto. Incenderunt igni Sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui. q. d. ad chorum Divinitatis pollendum in cælum pervenire non poterunt, sed quantum in ipsis est, id fecerunt in terra. Polluerunt tabernaculum nominis tui. Græc. Profanaverunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo, cognatio eorum simul. Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra, ut scilicet dies festi non apparent: q. d. Profanos adeo reddamus, ut dies festi non sint. Ad Hebraicum: Incenderunt, vel combusserunt (igne nimirum luxuriæ, ac simulatum) omnes solemnitates Dei in terra. Heu! heu! Exurge, Domine, & judica causam tuam. Memor esto improperiorum tuorum eorum, quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum, superbia eorum. (Hebr. tumultus eorum) quæ te oderunt (in aures psallentium, sacra peragentium, ac Concionatorum) ascendet semper.*

Non peccavit David in templo, quod nondum constructum erat: sed quia Deus ubique est, hoc nomine tam dolenter deplorans dicit: *Et malum coram te feci, Quid si in templo concepisset adulterium? quid in loco sacro homicidium? animo perpetrasset, ut passim hodie?*

Id, de quo magis præsumpsit Satan, quodque sperabat ad Dei confusionem futurum, erat, Jobum inducere ad peccandum in ipsam faciem Dei: *Nisi in faciem benedixeris tibi, pro maledixeris tibi; quasi diceret: Permite, ut eum tangam, & in faciem maledicet. Sed quod non evenit ei eum sancto Job, ô quam sæpè hodie cum plerisque Christianis, qui in ipsis oculis Dei scdissima, ac impissima perpetrant:*

Etiâ Reginam in domo mea, me præsentem, vult opprimere, O nefas! in faciem Principis? Et fecerunt vitulum in Horeb. & adoraverunt sculptile. Quid refert, Domine, quod fecerint in Horeb? Quid hoc tam emphaticè? Genebrardus: Hic mons vel est

Psal. 73.
Hebr.

Euthym.

Græc.

Hebr.

Psal. 73.

Hebr.

Psal. 50.

Iob. 2.

Esth. 7.

Psal. 105.

Genebr.

est

est ipse Sinai in Arabia, vel Sinai conti-
gignus. q. d. è regione loci, ubi legem
acceperunt, in oculis meis.

Exem. 11.

Quid est, quod dilectus meus (non Scythia,
non Barbarus, sed dilectus meus) in domo
mea fecit scelera multa?

Ezech. 8.

Fili hominis putasne vides tu, quid isti fa-
ciant, abominationes magnas, quas dominus
Israel fecit hic, (hic, hic, expende,) ut procul
recedam à Sanctuario meo?

2. Paral. 6.

Elegi, & sanctificavi mihi domum istam,
ut sint oculi mei aperti, & aures mea erecta ad
orationem; &c. ut sint oculi mei, & cor meum
ibi iugiter. Heu! Domine. ex toto mundo
contaminato, ac sceleribus pleno quasi
exulsus elegisti domum istam, &c. sed
vel hic claude oculos, & aures, ne in loco
orationum audias detractiones: ne in lo-
co humiliationum, videas illusorum, ac
irridentium jocos: ne quo præsertim lo-
co ad te sese convertere deberent, ad crea-
turas convertantur. Certè vides, quid isti
faciant, ut recedas à Sanctuario tuo.

D. Chryf.
hom. 36. in
1. ad Cor.

O torporem, & frigus! ô temporum
miseriam! Apud primos Christianos, in-
quit Chryf. ipsa domus Ecclesie erant:
nunc verò Ecclesia, domus fit; immò do-
mo qualibet profana magis. Nam in do-
mo quidem ordo servari solet, hera thro-
num occupat omni cum venustate, fa-
mula tacite sedentes texunt, familiarium
quisque, quod imperatum est, in mani-
bus habet: hic verò magnus tumultus,
magna confusio, nihilque à caupona dif-
ferunt nostra, tantus risus, quantus in
balneis, quantus in foro. Et hæc quidem
in urbe nostra solum: Nam alibi ne ami-
cum quidem, in quem post longum tem-
pus incidisti, compellare licet. &c. Gra-
vissimarum harum sententiarum omnis
periodus examinari debet, &c. Quam
verum alibi? In Oratoriis, in quibus sic
spiritus professio, ubi seridè profectui
quisque studet, ne verbum quidem, ru-
mor nullus, silentium maximum. Post,
vel ante Communionem colloquit absit:
concurrere in Ecclesia? absit: de negotiis
agere: absit: ridere, joculari absit, absit. Fo-
ris, foris ista fiunt, subdit Chryf. & rectè
quidem: neque enim constrina, aut un-
guentaria taberna Ecclesia est, aut officina
forensis, sed locus Angelorum, locus

A Archangelorum, Regia Dei, Cælum ipsum,
&c. Et hic rides? & hic jocularis? Nunc quid
domos non habetis ad nugandum? aut
Ecclesiam Dei contemnitis, & contem-
ditis eos, qui non habent?

O quam verum, Viderunt eam hostes, &
deriserunt Sabbata eius! Thren. 1.

Olim ferunt, malignos Spiritus orien-
te die festo mox è corporibus exire. & in
deserta confuge e consuevisse, dū ferre
non poterant tantam devotionem inter-
nam, & externam: nunc è contra viden-
tur per rotam hebdomadam religati, vel
in desertis, vel in ipso Inferni centro, &
oriente festo irrumpere, carenas dissol-
vere, & turmatim, ac legionatim corpora
invadere, ac obsidere.

De impio illo Nicanore in lib. Mach. Co-
gitavit, cum omni impetu committere bellum
die Sabbati Nicanoris infernalis consiliū
hoc est: hinc in diebus festis, ac profectis
graviora scelera perpetrantur.

C Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à
terra. (Vox Dæmonum, ac membrorum
ejus malorum scilicet Christianorum)

Judas Machabæus, & hi, qui cum eo
erant, victo Antiocho, visoque profana-
to templo, omnes simul steterunt, plan-
ctum universalem fecerunt. Heu! heu!
cur unanimiter non ploramus, cum ta-
lem nostris oculis cernamus templi pro-
fanationem? Ubi magis risui, oculorum
curiositati, vaniloquio vacant homines,
quàm in Ecclesia? Sic multoties adoran-
tur idola amata, &c.

D Ferè appellabo Ecclesias, Delubria vani-
tatis. Heu! parcite si excedere videor.
In templo ejus omnes dicent gloriam. (Uri-
nam duo!)

Augustinus: In Oratorio nihil agatur,
nisi id, ad quod factum est, unde & nomen
accepit. Sed quod vis aliud sit, &c. Et cre-
dim? impunita fore irreverentiã Ecclesie.

In terra Sanctorum iniqua gessit? Non vi-
debit gloriam Domini. Bernard Durus est
hic sermo, & comminatio valde terribi-
lis: Non videbit gloriam Domini.

Post tot abominationes, Ergo & ego fa-
ciam in furore, non parceret oculus meus, nec
misereror, & cum clamaverint ad aures meas
voce magna, non exaudiam eos.

Quam acerrimè animadvertet
Deus in eos, qui contumeliam
aliquam irrogant Ec-
clesiæ.

PUNCTUM XIX.

Jerem. 51.
Templorum
profanatores
graviter puni-
unt.

Dan. 5.

2. Mach. 3.

Apoc. 2.

Joan. 2.

Psal. 68.

Isa. 1.
Festorum pro-
fanationes gra-
viter ulcisci-
tur Deus.

IN Jerem. Acute sagittas, & implete phae-
retas, suscitavit Dominus spiritum Regum
Medorum, & contra Babylonem mens ejus est,
ut perdat eam, quoniam ultio Domini, ultio
templi sui.

Mox ut ille calices templi profanavit,
eosdem exhibens meretricibus, apparue-
runt tres digiti, &c.

Heliodoro, qui ausus fuerat profanè
ingredi templum, Eques ille priores cal-
ces elisit (in hac vitâ, posteriores servans
in alterâ)

D. Chrys. Divinæ justitiæ convenit, ut
fulgure è cælo missò pereant, qui in tem-
plo peccant.

Foris canes, & venefici, impudici, & homi-
cida, & idolis fervientes, & omnis, qui amat,
& facit mendacium. Extra Ecclesiam fiant
hi omnes.

Ut zelo ardens Dominus alioqui man-
suetus, & pius, propriis manibus, quod
aliàs nõ fecit, ejecit ementes, & venden-
tes de templo, &c. Quid si ibi risui vacan-
tes vidisset, quando alibi licita non est
passus? Ut videre erat irascentem ob ze-
lum domus Domini, qui comederat eum!
Zelus domus tuæ comedit me. q. d. Totus
sum zelus, & in zeli substantiam, ad in-
stâr cibi in comedentis substantiam, con-
versus. O nos miseros, quos zelus non
comedit, sed qui zelum comeditus, &
in nostrum teporem, ac frigus conver-
timus: idè templi injurias non ulcisci-
mur. idè irreverentiam non sentimus,
quinimò floccifacimus.

Sed non feret Dominus, non sustine-
bit Dominus: Kalendas vestras, & solempni-
tates vestras odit anima mea, facta sunt mi-
hi molesta, laboravi sustinens. Postea zelo
corruptus, festivitatis alias non feram, alias

A nimirum festivitates in diebus festis nõ
feram, saltare, ridere, non feram, non
feram. Et quid ages, Domine?

In Amos: Convertam festivitates vestras
in luctum. D. Greg. Tuas festivitates in
luctum convertantur, cum pro peccatis,
quæ in ipsis committuntur, homines
æternaliter puniuntur.

Quod si per festivitates illas intelli-
mus siltationes, & choreas, ò quam hæ
sæpè convertuntur in luctum! Desce-
dentibus de monte Moyses, & Josuè, au-
ditòque tumultu populi vociferantis, di-
xit Josuè ad Moysen: Vlulatus pugna au-
ditur in castris. Qui respondit: Non est clamor
adhortantium ad pugnam, neque vociferatio
compellentium ad fugam, sed vocem cantantium
ego audio. Quid est, quod tam diversimo-
dè audierunt? Sed ò quam idem audiunt!
Ulularum pugnae, & voces cantantium, ac
choreas ducentium, idem. O quam fre-
quente ex choreis homicidia! flagellum,
& castigatio est Dei, &c.

Gravius multò peccat, qui cognoscens
peccat. Nobilis quispiam inter eundem à
rustico læditur, quarrit, num cognoverit,
si negat, pertransit: si asserit, vapulat.

Quarto Reg. venerunt quidam à Rege
Achab missi ad Eliam, quibus, quoniam
satis ostenderunt eo titulo, Homo Dei, Eliæ
cognitionem habere, non in vindictam
sui, sed in ultionem ipsius Dei dixit: Si ho-
mo Dei sum, descendat ignis de cælo, & de-
voret te, & quinquaginta tuos, quasi dixisset:
Scitis me esse hominem Dei, nec Deum
in me reveremini? Si quis fortè peccat, nec
sentit, aut cogitat, ibi esse Deum, licèt
habitu fidei sciat ubique esse, minus gra-
viter peccat, sed advertens ubi sit, quis ibi
sit, & peccans, gravius multò peccat. Et
hi impunes non erunt. Edificavit sicut
unicornium sanctificium suum in terra. Quid
hoc sibi vult? Unicornium mundissimum
est animal, non immunditiam patitur:
unde cornu, quo naturâ est forte, cætera
animalia depellit, ne coinquent. Tantò
est munditiæ amator hoc animal, ut cor-
nu utatur: quid erit Deus? Nõnne suæ po-
tentia cornu utetur, &c. ut animalia ab
Ecclesiâ expellat? &c.

D

E

Edificavit sicut unicornium sanctificium
suum

Amos. 8.

Exod. 32.

4. Reg. 1.

Psal. 77.

Alij.

Jacob 1.

scum in terra. Alii. Sicut excelſa, ut calum. E caelo omne bonum, hinc oculos ad caelum levamus, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt. E caelo calorem, lucem, pluviam, influxus habemus. In caelo ſunt Angeli, Beati, Deus. O quam ſenſibiliter aliqui ſunt in Eccleſia, ac ſi propemodum eſſent in caelo! Hic corda, ac mentes elevantes illuminari ſe ſentiunt: hic calorem concipiunt, influxus, gratias: hic habent Deum, Angelos, Sanctos, Reliquias, imagines, unico verbo, caelum in terra.

Pſal. 26.

Hinc David: *Vnam petij à Domino, hanc requiram. Et quam? Ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea.* Et quid ibi, d. David: *Ut videam voluptatem Domini.* Ut ibi videam, ac ſentiam gultus Dei. D. Hieron. *Ut videam pulchritudinem Domini.* Alij. *Incunditatem, vel dulcedinem Dei.* Alij. *Amonitatem Dei.* D. Auguſt. *Delectationem Dei.* O quam aliqui in Eccleſia vident pulchritudinem! o quam ſentiunt dulcedinem Dei! o quam videtur illis Eccleſia Paradisus amœnus deliciarum:

Mich. 4.

Mulieres populi mei ejeciſtis de domo deliciarum ſuarum, id eſt, de templo. Querebatur præcipue deus de Babylonicis, quod mulieres privaveſſent delicias templi: nonnullæ eremim animæ nullas alias, quam eſſe in templo, norunt delicias: Eccleſia earum Paradisus eſt, &c.

Eti nonnullis accidit, templum eſſe loco deliciarum, tempore tribulationum: ſed dum res proſperè ſuccedunt, alibi delicias quaerunt. Salmo huic, in quo dicitur *unam petij à Domino, &c.* titulus eſt: *Pſalmus David, priuſquam liniretur, antequam in Regem unctus eſſet.* O quot ante proſperitates non habent alias delicias, quam eſſe in Eccleſia? &c. ſed, &c.

Pſal. 26.

Tit. Pſal.

Pſal. 127.

Conſtituite diem ſolem in condenſu. D. Auguſt. legit, *in frequentationibus:* id eſt, frequenter, uſque ad cornu, id eſt, gratiâ communicationis Corporis, & Sanguinis Domini.

Pſal. 43.

Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus. Ad hoc inhibentur opera ſervilia, ad hoc vacandum, ut videatur, & conſideretur Deus, beneficia Dei, &c.

Exod. 2.

Memento, ut diem Sabbati ſanctifices. Quædam Gloſſ. id eſt, ut facias ſancta in

A Sabbato, opera bona, opera miſericordiarum, &c. Hæc eſt obſervatio Sabbati Chriſtiani, ait Orig. &c.

Olim Hebræi maximum nefas ducebant in die feſto ferre mortis legem. *Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.* Sic olim, ne feſtum violarent, nec arma, quibus ſe tuerentur, ſumere voluerunt, nec ignem accendere, nec ligna colligere, unde lapidatus fuit, qui ligna colligit in die Sabbati. Hodie maximus libidinum ignis quoniam tempore magis accenditur, quam in die feſto? Homicidia fiunt in diebus feſtis, furra in die feſto, &c.

Heu! ſi cum inveniffent hominem colligentem ligna. Hebr. *minutula ligna, ſive ſtipulas,* juſſu Domini eum lapidibus obruerunt: Qui multo graviora collectione illa operatur (inquit Chryſ.) & onus peccatorum colligit quid non ſuſtinebit?

C Gregorius Nyſſenus pariter hoc expendens: Si quis (inquit) deprehenſus eſſet ſarmentum colligens Sabbato, propterea oportebat hominem obrui lapidibus, cum nulla injuria appareat in deſecto: Quam enim fecerat injuriâ aliquas ſtipulas caſu diſjectas per ſolitudinem: ad ignis alimentum apportans? Non enim accuſatur, quod alienum auferat, ut jure videatur puniri injuria, ſed quod eſt communiter omnibus proſcriptum, eſt ei cauſa, ut in eum janciantur lapides. Sed quis hoc fecit in Sabbato, propterea damnatur tanquam maleficus.

Quam Deo reverentiam exhibuerit in templo David, oſtendit id, quod Salomoni filio templi fabricam mandaturus ait. *Viriliter age, confortare, ne timeas, ne paucas.* Quâ de re, qua ſo, d. David: Cur tot verbis addis animum? cur ne paucat? ut confortetur? ut viriliter agat? Morali- ter diceret quis: Animo forti opus, vel ſolum altare, nedum Eccleſiam, ad Dei gloriam conſtructuro: Eſti enim nullus ſit Satan, nec occurſus malus, ad primum tamen lapidem, ut impediat, Infernus totus exſolvitur, &c. *Viriliter age, q. d. Cœpiſti? Fortitudine opus, ut perficias.* Sed ad rem magis, *Viriliter age, &c.* Noverat David cogitationem hanc: Templum Deo conſtructurus ſum Deo, non homini

Joan. 19.

1. Machab. 2.

Num. 15.

Hebr.

Chryſ. hom.

11. in act.

Greg. Nyſſenus

hom. 7. in Eccl.

1. Paral. 2. 2.

homini habitationem parare debeo; talem rem esse, ut ab opere cor; to quemque terrere possit; addidit proinde animum vel sapientissimo, vel ditissimo: *Viriliter age, confortare, ne timens, ne parvens.*

Ibidem.

O quantam a stimulationem construendum illud templum habebat! *Ecco ego, inquit ad filium Salomonem, in paupertate mea preparavi imperpetuas Domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia, avis autem, & ferri non est pondus, vincit enim numerus magnitudinem, &c.* Sic lapides, & ligna paravi, &c. omnia haec in paupertate mea. Quid! Centum millia auri, & mille millia argenti talenta in paupertate! Milliones magni, si talenta haec erant Mosaiica, in paupertate? Sic sentiebat, quasi diceret: O si haberem! O si thesauros immensos habere: emilibentissimè omnes in hoc opus expenderem. Sicque videmus eodem spiritu Salomonem ingentes impendisse thesauros, omniaque auro pretiosissimo contexisse, ut templum aureum dici posset, &c. Declarant haec reverentiam, quae Deo debetur in templis, &c.

Digressio de Hypocrisi: De ficta Hypocritarum oratione.
PUNCTUM XX.

Psal. 50.

A Ded subtilis est inanis gloriae ventus, ut facillorè iniret, ut os aperiat orantis. Ut cavebat Propheta, ne sibi hic ventus os aperiret! *Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam, quasi diceret: Non sit hypocrisis, ac inanis gloriae ventus, qui os meum aperiat: sed tu Domine, tuaeque laudis, & gloriae desiderium.* O quam multi aperiant ora in Ecclesia, sed non omnibus aperit Deus! Quidnam ergo: Illud, videri velle, laus illa devotionis, & sanctitatis; merces distributionis, lucrum. Timor efficit, ut ille celebret: non ei Deus aperit os. Illi, qui principaliter in Chorum vadit ad distributionem, non Deus aperit os. Alius coronam recitat, ut videatur,

A & c. Hinc Ecclesia in ipso Matutini vestibulo hoc utitur versu, ad rectificandam orantium attentionem, quod scilicet quisque oret, & psallat, non ob inanam gloriam, non ob lucrum; sed ob laudem, & gloriam; quam primò, & principaliter intendat.

Videbis virum, seu mulierem ante Christum Cruci affixam adeò pendentem, ut in ecstasy, seu mentis excessu penitus rapta videatur: paulò post sese ei offert occasio delectationis, ac gustus sensus, totam se sensui tradit. Observasti pictores? Depingunt Crucifixum suis coloribus, aut potius suis livoribus spirantem, ante quem propria arte illecti totus actus confingunt, ut ab his, qui nesciunt eos esse pictores, sancti existimentur, & censentur: sed venit quisquam, pretium offert, picturam vendunt. Sic, sic hypocrita. *Dabit cor suum in similitudinem picturae.* Hypocrita tot devotionis confingit actus, ut videatur velle devotare Sanctos, ne dicam Hebraicè, Devotare Sanctos: sed pretium occasuunculae offert, sentientis, quòd affectus gloriolae sese ipsum intuebatur, se ipsum adorabat.

Eccel. 38. Proverb. 20. Pagnin. & Lyran. ibid. Hypocrita pictorum similes.

Ab ipsum non dat lumen picturis: sese in speciem orantis ante lumen oculorum hominum statuit: non est hoc lumen. Sua opera facit, ut videatur ab hominibus: recepit mercedem suam, vilem gloriam, quam captat. Verum lumen illud est, de quo Propheta: *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestrae non confundentur.* Haec sunt picturae pretij, in oculis Dei pulchrae: *Et Pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi.*

Marth. 6.

Vultus hypocritarum splendorem quidem, ac pulchritudinem veri orantis praeseferunt, sed est pulchritudo plantae illius, cui heliotropio nomen, quae sese voluit ad Solem: sic etenim isti se solum vertunt ad Solem oculorum hominum, ad eum Solis occasum, mox ab oratione languescunt, ac desinunt. *Vidisti stultum firma radice, & maledicti pulci, virtutini eius statim.* Ut indignatur Deus! q. d. Quae pulchritudo apparens, quae hypocritis haec, ostendere cogitationes caelestes, & habere terrenas? Verè *firma radice*, quia ut pluri-

Et heliotropij.

Iob. 5.